



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 37. Quido Episcopus Aretinus moritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV.  
A.C. 1327.

to. I: p. 637.

pta fuit. Calendis Januariis sequentis anni 1328 Papa hunc episcopatum constitutus Benedicto Asinagio Ordinis Praedicatorum. Hinc natum est in illo trachū septenne bellum civile; sed tandem vicit Benedictus. Tifernensem Præsulē agebat Guilielmus Carmelita Summo a Pontifice constitutus anno 1324; & ille, quem ei succedere volebat Imperator, erat e familia Tarlatorum, ac probabiliter cognatus Aretini Episcopi.

Vill. I. 10.  
c. 34.

3. Vill. I. 10.  
c. 35.

Post comitia Urceana Imperator de-latus in Hetruriam ante Pisas substitutus, quæ admittere eum recusabant, proscriptum, nec Imperatorem esse agnatum ab Ecclesia causantes; sicut se filius, Regisque Roberti, ac Florentiorum amicitiam dimittere. Quoelreca urbem a sexto Septembbris 1327 usque ad Octavum Octobris oppugnatam certis conditionibus in ditionem accepit. Quæ res illum reddidit magnum, & omnibus formidabilem. Pisæ manebat amplius bimestri spatio.

### §. XXXVII.

#### *Guido Episcopus Aretinus moritur.*

Huc eum sequens erat Guido Tarlatus Aretinus Episcopus. At postquam cum Castrucio coram Imperatore jurgio content-

contenderat, offensus in illum abiit, ac Sæcul. XIV.  
rediens domum in itinere decubuit æ- A.C. 1327.  
ger. Mortis periculum cum videret, seu  
ex tædio, seu pungente conscientia de-  
susceptis partibus dolens coram pluribus  
Religiosis, Clericis, & profanis ajebat se  
peccasse in Papam & Ecclesiam; Joan-  
nem XXII esse virum justum & sanctum;  
e contrario Bavarum, qui se diceret Im-  
peratorem, esse hæreticum, fautorem  
Tyrannorum, & neutiquam legitimum  
Principem. Jurabat se hac de re litte-  
ras publicas per Notarios confici curatu-  
rum, atque si Deus ipsi sanitatem red-  
deret, fore semper morigerum Ecclesiæ  
ac Papæ, inimicum vero rebellium con-  
tra eum. Tum solitus in lacrymas po-  
stulato pœnitentiæ Administro, receptis-  
que Sacramentis inter magna indicia  
summi ob admissas noxas doloris obiit  
21 Octobris. Cadaver Aretii multo  
cum honore humatum fuit. Nihilomi- Rayn. n. 18.  
nus Papa suos Nuncios jussit inquirere,  
an ejus pœnitentia visa esset feria, &  
an corpus sepultura ecclesiastica potuis-  
set affici?

§. XXXVIII.

*Sanuti epistolæ.*

Post Imperatoris adventum in Italiam  
Marinus Sanutus Venetus plures scri-  
psit

T 4

psit